



Antyrius ille in Scythia ad Tanaim fluuiū natus, & ab Amazone quadā bellicosa muliere educatus fuit. Itaq; factū ut corporis & animi fortitudine inter suos conspicuus fuerit. Cū is adolescent, bellorū cupidus, Alexandri magni castra sequutus, ordines duxit, & res sibi commissas fortiter administravit ita ut Alexandro & ceteris ducibus charissimus fuerit. Cum aut Alexander esset mortuus, atq; prīncipes ipsius inter se de regno contenderent, Antyrius harū contentionū ciuilium pertensus, circa annum mundi 5640 in Scythia rediit. Ibi perigrinandi studio incitatus, socios collegit, atq; cū ihs per Sarmatiā in Germaniā penetrauit, ac ad Vistadrū fluuiū confedit. Eius itaq; loci incolas brevi benevolentia aut misericordia subiecit, atq; Herulorū & Vandalorū genti magna prudētia & fortitudine praesertim fuit. Inde enim olim Heruli in Scythia profecti fuerant. Itaq; modo Antyrius ex Herulis oriundū eo libentius suscepereunt, atq; suū regē constituerunt. Habet is in suis armis bouis caput, in memoriam Bucephali generosi Alexandri equi, quod hodierni duces Megalopolenses, qui ihs in locis præsunt, etiamnū retinent, & ob suum conditorem conseruant. Nauem etiā suam parte anteriori aureo Grifone in ceruleo clypeo existente ornarat. Itaq; Vandorum duces eius successores, eadem insignia magna gloria sequentibus temporibus suis uictorijs celebres passim circumduxerunt.